

q. 1. n. 5, & 12, & post tractat. Rot. decis. 36, n. 16, & decis. 119, n. 20, Car. n. resol. 20, n. 10. Sess. decis. 26, n. 17, Salgad. in Labyrinth. cred. part. 1, c. 24, n. 97, Lottier. de re benefic. lib. 1, qu. 39, n. 80. Quod tamen procedit in alimentis, quæ officio Judicis, aut ex legis dispositione debentur; debita namque ex contractu, aut ex ultima voluntate dubio procul hypothecam habent, Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 4, n. 476. Merlin. Pignatell. contr. 61, n. 12, & 13, cent. 1. Merlin. de pignor. & hypoth. l. 3, tit. 1, qu. 1, n. 6, & n. 10, & hanc conclusionem exornat Auctor hic n. 37, animadvertendo solum quod hujusmodi hypotheca prælationis privilegium non habeat, sed ejusdem qualitatis præexistat: quemadmodum in cæteris legatis, ea ratione, quoniam hypotheca tunc competit non speciali favore alimentorum, sed quia hypotheca generaliter pro legatis debetur, l. 1, in fin. C. commun. de legatis. Gratian. discept. 542, n. 37, & discept. 731, n. 11, & 23, Merlin. Pignatell. dicta contr. 61, n. 12, & 13, cent. 1, Joan. Franc. Andr. contr. 242, n. 18, Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 3, tit. 1, qu. 14, n. 12. Georg. Mund. consil. 16, n. 9, lib. 1. Capyc. Latr. decis. 107, à n. 39, Thomat. decis. Macerat. 44, n. 1, Cenfal. ad Peregr. de fideicom. art. 38, observ. 8, fol. 164, Caren. resol. 159, n. 1, ubi ampliatur etiam in legatis annuis, Hodiern. ad Surd. dec. 28, n. 2, ubi tamen declarat conclusionem procedere dumtaxat in legato singulis annis in perpetuum debito, secus autem in legato ad tempus, Tondut. tract. de pens. cap. 19, n. 3, ubi distinguit inter præstationem perpetuam, & ad tempus, Rot. decis. 298, n. 3, part. 9, tom. 1. recent. dixi alleg. 65, n. 5, lib. 3, Anton. de Marin. resol. 36, n. 8, lib. 1, Rot. in Melevitana Viridarii 5, Julii 1655, §. quia licet coram Bevilacqua.

Retenta igitur distinctione inter legatum simplex, & annuum, ac subdistinctione inter annuum singulis annis perpetuo debitum & transmissibile, & legatum annuum ad tempus nec transmissibile, de quo diximus supra in annot. ad cap. 17, n. 1. Tunc in secundo membro istius subdistinctionis, uti mox dicebamus, procedit conclusio, quod nimirum pro legato annuo ad tempus relicto, nec transmissibili non competat hypotheca, in quibus tantum terminis sustineri poterunt auctoritates Surd. decis. 28, per tot. quem sequitur Mangent. decis. 48, nu. 9, & 10, Gratian. discept. 294, n. 8, & seq. Leoncill. decis. Ferrar. 131, n. 2, Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, tit. 1, qu. 14, n. 162. Animadvertendo idem procedere, quamvis ex parte ejus, qui alimentum præstare tenetur, legatum pro alimentis dicatur perpetuum ac transmissibile ad hæredes, quoad usque alimentandus vixerit, ut optime declarat Gratian. discept. 131, n. 7, & seq. Altograd. cons. 84, n. 146, lib. 1, & prosequitur Auctor hic n. 44, usque ad 46.

Unde Salvianum pro legatis simpliciter debitis, aut annuatim in perpetuum relictis, & competens Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 4, n. 186, Thomat. d. decis. 44, n. 2, Caren. resol. 159, n. 1, Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 23, n. 2, & seq. Rot. dec. 689, n. 4, & seq. part. 3, lib. 3, & in dicta Melevitana Viridarii 5, Julii 1655, §. quia licet vers. Et ideo coram Bevilacqua, non datur in annuis ad certum tempus relictis, & veluti reputatur ex parte recipientis legatum causâ aliquem alendi non extensibile ultra vitam alimentarii, ut dixi ad c. 17, & proterea bene concluditur hic quod pro hujusmodi legato alimentorum ad tempus, sicuti non competit hypotheca, ita neque Salvian. debeat.

Assignatione autem factâ per Testatorem aliquis prædii, ex quo alimenta debeantur, pro eisdem inductam censei hypothecam admittunt Lottier. de re benefic. lib. 1, qu. 39, n. 81, Gratian. discept.

366, ex n. 6, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, c. 24, n. 98, latè post alios Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2, tit. 3, qu. 91, n. 1, 4, 7, & per tot. Merlin. Pignatell. d. contr. 61, n. 14, lib. 1, & fuitus Joan. Franc. Andr. contr. 354, per tot. ubi quod nil interfit si dicatur, super, de, aut ex tali fundo ad effectum inducendi hypothecam respectu fundi, quæ in eo non constitueretur, si annua præstatio, & seu alimenta præstari deberent super, aut ex fructibus fundi, quemadmodum animadvertunt, adducti per Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2, tit. 2, dicta qu. 91, n. 12, Jo. Franc. Andr. dict. contr. 354, n. 13, & pluribus exornat Auctor hic ex n. 38, Salgad. in Labyrinth. cred. part. 1, cap. 24, n. 106, & seq. istud tamen moderatione dignum videtur, ut scilicet sibi locum vindicet, quando onus alendi residet apud ascendentes: nam si spectaret ad transfversales, seu extraneos, utique onus tale alendi hæredes non assumeret, Gabr. cons. 25, n. 19, lib. 1, Soc. jun. cons. 134, n. 33, lib. 1, Franc. decis. 178, n. 5, & 11, cum adductis per Merend. contr. jur. lib. 13, cap. 3, n. 6.

Parentes ad præstationem alimentorum non tam erga legitimos, quam etiam erga filios naturales & spurios, & saltem de Jure Canonico, quod in hoc prævalet, tenentur, ut latissime prosequitur Auctor hic 46, & seq. Merend. contr. jur. lib. 13, cap. 1, Ciarlin. contr. 33, n. 61, Gizzarel. dec. 47, n. 11, Sanchez cons. moral. lib. 4, cap. 3, dub. 30, & sequitur Leoncill. de privileg. pauper. 378, n. 4, part. 2, Merlin. de legit. lib. 2, tit. 1, qu. 5, n. 21, & per totam Bottill. de success. ab intest. cap. 3, Theorem. 110, n. 2, & 3, Ripol. var. resol. cap. 9, n. 23, ubi de Clerico erga ejus filios, quod possit eis alimenta præstare etiam ex fructibus beneficii, & cap. 13, n. 383, & seq. Spad. cons. 132, n. 5, & seq. & cons. 222, & 223, per tot. lib. 3, Merlin. decis. 671, à n. 22, ad 39, Thesaur. dec. 211, per totam. Georg. Mund. cons. 29, à num. 12, lib. 2, Pen. decis. 281, à n. 1, Rub. ad Rot. dec. 15, n. 108, & seq. part. 9, tom. 1, recent.

Hypothecam denique dari pro Ecclesiastica pensione, & inducebat Auctor hic nu. 42, & hanc quæstionem optime declarat Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2, tit. 3, quæst. 92, per totam, ubi ulterius qualiter procedatur contra successorem pro præteritis pensionibus decursis in vita prædecessoris. Merlin. decis. 478, n. 1, & seq. Lottier. de re benefic. lib. 1, qu. 39, n. 44, ubi quod dictio super probata ab habente facultatem obligandi importet hypothecam, & n. 82, 104, 107, & seq. Rot. decis. 1, à n. 11, ad 19, Tondut. de pens. cap. 20, n. 11, & seq. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 42, n. 15, & seq. Rot. in Ferrarien. pensionis 30, Maii 1657, in princ. vers. Nam anterioritas coram Dunozeo, quæ modo imprimuntur.

Ob ingratitudinem filius a patre, vel propter aliam causam ex hæredatus, & ab hærede patris alimenta non recipit, cum remaneat eisdem privatus, §. aliud quoque capitulum Auth. ut cum de appellat. cogn. Merlin. de legit. lib. 4, tit. 1, qu. 1, n. 1, Leoncill. de privil. pauper. 161, n. 21, part. 2, Limitatur tamen prædicta conclusio quoties filius a patre ex hæredatus, & extrema labore egestate; tunc enim hæres patris tenetur ei omnino subvenire per præstationem alimentorum. Molin. de primogen. lib. 2, c. 16, n. 2, Peregr. de fideicom. art. 36, n. 146, in fin. Mart. de success. legal. part. 1, qu. 13, art. 2, n. 9, Merlin. de legit. lib. 3, tit. 1, qu. 3, n. 8, Hodiern. ad l. hac edictali qu. 6, n. 30, Auctor hic n. 61.

CAPUT LXVII. SUMMARIUM.

- 1 Debitor compensans solvere dicitur. Sed vide num. 2. & 3.
- 4 Compensatio admittitur etiam in causa dotis. In alimentis presentibus, aut futuris non admittitur n. 6. Non datur quando agitur de subsidio charitativo n. 7. Datur pro alimentis cum operibus n. 8. Cum legitima non datur ad debitum filii n. 9. Cum alimentis præteritis admittitur nu. 10. Cum deposito cessat nu. 11.
- 5 Compensationem allegans debitum fatetur.
- 12 Retentio aliquando conceditur, ubi denegatur compensatio pro alimentis non datur nu. 13.
- 14 Agens ex contractu non obtinet nisi prius ex parte sua adimpleat.

Sicuti debitor compensans solvere, & creditor compensans exigere dicuntur. Rot. decis. 536, n. 3, part. 1, & decis. 33, n. 4, quæ est 254, apud Merlin. & decis. 334, n. 14, & dec. 374, n. 28, & 29, part. 1, & dec. 148, n. 6, & 7, p. 6, recent. & coram Buratt. dec. 240, n. 20, & coram Daran. decis. 32, n. 4, & dec. 379, n. 9, & coram Merlin. dec. 863, n. 4, & coram Otthob. decis. 16, nu. 28, & dec. 55, n. 13, Carracciol. dec. 32, n. 6, Thomat. dec. Macerat. 50, n. 434, Mart. Vent. cons. 12, n. 205, Merlin. de pign. & hypoth. lib. 5, qu. 6, n. 2, & 3, & post tr. dec. 41, n. 16, & decis. 94, n. 21, & dec. 153, n. 7, Altograd. cons. 5, n. 1, & cons. 68, n. 63, lib. 1, Fontanell. dec. 465, n. 7, & decis. 561, n. 5, Larr. dec. 87, n. 3, Carleval. de Judic. lib. 1, tit. 3, qu. 27, n. 1, in fin. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 60, n. 9, & seq. Ciarlin. contr. 36, n. 19, & contr. 169, n. 65, Rot. apud Zacch. de Camer. oblig. decis. 183, n. 16, Guilh. Anth. de rescr. & morat. concl. 53, à n. 12, ad 21, ubi nu. 13, quod procedat etiam in materia retractus. Spad. cons. 348, nu. 41, lib. 1, Salg. in Labyrinth. cred. p. 3, c. 6, §. unic. n. 4, Lanfranch. Zacch. de salar. q. 104, à n. 16, ad 20, Vom. Hagen. de usur. c. 11, n. 179, & seq. Mangil. de subfast. qu. 92, n. 8, & post tract. decis. 68, n. 15, alios recenset Auctor hic n. 1, Cancr. var. resol. part. 2, c. 3, n. 38, 40, & 44, Giurb. observ. 106, n. 5, 10, & 11, Olea de cess. Jur. tit. 6, qu. 11, n. 22, in fin. Donad. de renunciat. c. 4, n. 79, & 80, & c. 32, n. 149, cum tribus seq. Leoncill. decis. Ferrarien. 37, n. 3, Grass. de except. 16, n. 9, & seq. Burg. de Laudim. p. 3, impu. 8, n. 2, & 3, Niger de except. c. 13, §. 3, n. 8, Calvin. de acquit. c. 7, n. 12, Cenc. de cens. q. 108, n. 6, Rot. apud Post. de manuten. decis. 47, n. 8, ubi quod compensatio habeat vim solutionis ad effectum constituendi in quasi possessione exigendi. Comit. decis. 68, num. 14.

Quæ conclusio non ita de plano procedit in eo, qui se soluturum se juraverit, & istius controverſiæ resolutio pendet ex intelligentia textus, in c. ad nostram il primo de Jurejur. ubi quod is, qui simpliciter juravit solvere potest indistinctè compensationem objicere, secus verò si juravit verè solvere, quam quæstionem ex professo tractat Auctor hic nu. 2, & 3, & prius lib. 3, contr. c. 23, ex nu. 79, ad 93, ubi transit cum distinctione, ut nimirum qui simpliciter promisit solvere cum juramento, compensationem opponere absque perjurio possit, qui verò juravit solvere in pecunia, obstringatur omnino solvere, nec compensatio ei suffragetur. Cancr. var. resol. part. 2, c. 3, à n. 39, ad 46, ubi quod non obstante juramento opponi

possit compensatio tanquam vera solutio. Fontanell. decis. 465, nu. 6, Gratian. discept. forens. 129, n. 19, & 20, ubi quod admittatur compensatio ei, qui juravit solvere, quando post contractam obligationem juratam effectus est creditor sui debitoris, cum quo compensare intendit. Marefcot. var. resol. c. 121, n. 54, & ibi Ferentill. in annot. & faciunt latissime tradita per Jo. Franc. Andr. contr. 215, per tot. Calvin. de acquit. c. 7, n. 4, & seq. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 60, ex n. 24, usque ad finem: ubi tandem concludit compensationem admitti etiam contra obligationem juratam, Rot. apud Post. de subfast. decis. 88, n. 17, 18, & 19, Hodiern. ad Surd. dec. 117, n. 15, Arias de Mes, resol. 46, n. 39, lib. 3, Articulum proponit Olea de cess. Jur. tit. 6, qu. 11, n. 13, sed indecisum relinquit indicando Auctores materiam tractantes. Contrarium verò opinionem, quod scilicet super obligatione jurata non admittatur compensatio indistinctè post alios proficitur Lanfranch. Zacch. de salar. q. 104, n. 13, & faciunt tradita per Thomaf. de Tut. & Curat. tit. 19, n. 2225, & seq. fol. 665. At nostra opinio mox firmata magis subsistit, & inconcussa remanet, quando, uti diximus, debitum juratum est antè, nam cum supervenienti credito dubio procul juramento non obstante compensationem admittit, secus autem si esset antè, & post alios optime declarat Salgad. in Labyrinth. credit. part. 3, cap. 6, §. unic. nu. 10, Thomaf. de Tut. & Curat. tit. 19, nu. 2159, fol. 660, Merend. contr. 4, per totam lib. 1.

Non negamus tamen, quod si pro forma liberationis à nexu debiti realis, aut in contanti requireretur numeratio, & quin tunc exclusa omnino remaneret compensatio. Giurb. decis. 60, n. 9, Cyriacus, contr. 120, nu. 14, & 15, Ciarlin. contr. 36, n. 21, alios cumulat Salgad. in Labyrinth. cred. part. 3, c. 6, §. unic. n. 6, Lanfranch. Zacch. de salar. q. 104, n. 14, & seq. Grass. de except. 16, n. 59.

In causis etiam favorabilibus, ut puta dotis compensatio, & num admittatur in dubio revocari possit, nam quod in dote compensatio non admittatur post alios firmat Donad. de renunciat. c. 32, nu. 197, & seq. In contrarium se habet veritas, quippe quoniam etiam in causis favorabilibus, præsertim dotis compensatio intrat, ut exornat Auctor hic nu. 4, Ludovif. dec. 568, in fin. Mart. Medic. ad decis. Senen. de examinat. 60, num. 22, Thomaf. de Tut. & Curat. tit. 19, sub nu. 3009, limit. 344, in fine fol. 769, Ripol. var. resol. 10, n. 110, 354, & 355.

Hinc ex objecta compensatione tacita oritur debiti confessio. Surd. decis. 24, n. 1, & seq. Pen. decis. 332, nu. 19, & 20, Leoncill. decis. Ferrar. 30, n. 11, Rot. dec. 33, n. 2, p. 5, recent. & coram Royas dec. 326, n. 13, & coram Otthob. dec. 16, n. 23, ubi tamen nu. 24, limitat, quando ad alium finem, ut puta evitandi executionem, compensatio objicitur, Merend. contr. 46, per tot. lib. 5, ubi contrarium tenentes refutat Guilh. Anth. de rescr. & morat. concl. 57, nu. 2, & 3, ubi hinc inde excitat & quæstionem indecisam relinquit, an opponens compensationem debitum fateatur.

Peculiari tamen ex privilegio in alimentis presentibus, aut futuris, & compensatio non habet locum Auctor hic nu. 5, post alios deducit idem comprobant Bim. cons. 156, n. 17, Marefcot. var. resol. 83, n. 4, lib. 2, Grass. de except. 16, n. 60, Guid. Pap. dec. 439, in fin. Burg. de Laudim. part. 3, inspect. 8, n. 11, Thomaf. de Tut. & Curat. tit. 19, sub n. 3009, limit. 344, in fine fol. 769, Fulgin. de emphyt. tit. de solut. canon. q. 1, n. 317, vers. Vel si debium provenit ex causa alimentorum.

rorum. Guilh. Anth. de rescript. & morat. concl. 40, n. 12, Calvin. de acquit. c. 7, n. 13, Giurb. dec. 4, n. 48, Donad. de renunciat. c. 4, n. 78, Salgad. in Labyrinth. cred. part. 3, c. 6, §. unic. n. 5, Ciarlin. contr. 36, n. 22, Leoncill. de privileg. pauper. 62, n. 2, ubi tamen id intelligendum declarat, quando petens alimenta est pauper, part. 2. Lanfranc. Zacch. de salar. q. 104, n. 1, Cyriac. contr. 34, n. 25, Pen. dec. 412, n. 2, & 3.

7 Compensatio pariter non datur quando agitur de subsidio charitativo + ratione alimentorum præstanda, quemadmodum, nec contra pensionem Ecclesiasticam, quæ pro alimentis regulariter reservari consuevit Author hic n. 6, & 7, Grassi. de except. 16, n. 64, Ciarl. contr. 36, n. 22, Grat. discept. 728, n. 36, Calvin. de acquit. c. 7, n. 25, Guil. Anth. de rescript. & morat. c. 43, n. 10. Quæ conclusio extenditur, ut procedat in quocumque debito ex causa vi actuali, Grassi. de except. 16, n. 64, in fin. Gratian. d. discept. 728, n. 35, Calvin. de acquit. c. 7, n. 14, Leoncill. de privileg. pauper. 62, n. 3, part. 2. Author hic n. 8, sicuti nec datur compensatio in decimis Monett. de decim. cap. 8, q. 4, n. 61, Barbat. de divis. fruct. part. 1, c. 7, n. 104, ubi quod solutio decimæ recufari nequeat ab aliquo sub prætextu non factæ sibi distributionis candelæ in festo Purificationis B. M. Virginis. Nec etiam in sumptibus ex causa studii datur compensatio. Guilh. Anth. de rescript. & morat. concl. 42, n. 25, & per tot.

8 Limitatio insuper eadem conclusio circa compensationem in causa alimentorum non admittendam, ut non habeat locum quando alimentarius operas alimentanti præstare obstringitur, quia si tunc desinat + operari, tunc alimenta compensantur cum operis, Author hic n. 9, dixi alleg. 77, n. 25, lib. 3, quibus addo Leoncill. de privil. paup. 62, n. 4, & seq. Lanfranc. Zacch. de salar. q. 104, n. 5, & 6.

Pendente lite super æstimatione, aut liquidatione legitimæ fructuumque ex ea causa debitorum, & facta interim uni ex filiis assignatione cuiusdam quantitatis alimentorum nomine debetur compensatio, seu illa intrat, cum eo ad quod alimentarius erga alium fratrem condemnatus extitit, ut notabiliter considerat Author hic n. 11, quod tamen subsistens non videtur, ex quo nec filio debitori erga patrem compensatio + in deductionem legitimæ opponitur, Merlin. de legit. lib. 3, tit. 2, q. 20, n. 10, Altograd. conf. 59, n. 35, lib. 1. Nihilominus Authoris sententia posset sustineri, si creditum filii ex causa legati descendere, quia cum legitima ad ratam legata compensantur. Mangil. de impu. q. 14, n. 22, Merlin. de legit. lib. 2, tit. 2, q. 1, n. 5, & post tract. decif. 31, num. 1, & dec. 89, num. 2.

9 Diximus compensationem non intrare quoad alimenta, de præsentibus debita, aut in futurum debenda, secus verò in præteritis + quoad quæ compensatio admittitur, latè Author hic n. 12, Cyriac. contr. 34, n. 26, Lanfranc. Zacch. de salar. dicta quest. 104, num. 8.

10 Ad retardandam depositi restitutionem opposita compensatio non suffragatur, sive versetur in deposito reali + sive confessionato, ut profequitur Author hic n. 13, Sperell. decif. 29, n. 28, ubi tamen declarat id non procedere in deposito, quod per numerationem transfret in mutuum, Donad. de renunciat. c. 32, n. 195, Larr. alleg. fiscal. 41, n. 40, limitans quando pecunia transit in dominium depositarii, Escobar de ratiocin. lib. 1, cap. 36, n. 3, & seq. Viv. decif. 191, n. 4, & decif. 433, n. 5, cum adductis per Guilh. Anth. de rescript. & morat. concl. 39, n. 5, Arias de Mes. var. resol. 34, sub n. 18, & n. 22, ubi ampliatur etiam ad depositum confessionatum, & n.

23, cum seq. concludit; neque etiam in foro interiori locum esse compensationi objectæ per depositarium. Olea de cess. jur. iii. 6, qu. 2, n. 18.

12 Quoniam verò magis favorabilis reputatur retentio, quam compensatio, + & multoties conceditur retentio ubi ipsa compensatio non datur. Giurb. infinitos referens decif. 60, nu. 8, Donad. de recent. c. 14, n. 48, & c. 32, n. 200, Gratian. discept. 356, n. 29, Thomas. decif. Macerat. 19, n. 11, Nig. de re judic. cap. 24, §. 1, sub n. 1, vers. Et favorabilior Mart. Medic. decif. Senen. 91, n. 25, Merlin. dec. 724, n. 7, Guilh. Anth. de rescript. & morat. concl. 53, n. 7, plures alios cumulavit Author tom. 3, c. 15, ex n. 8, & tom. 6, c. 164, n. 6, & Rot. apud de manuten. decif. 487, n. 2, hic n. 14, concludens propterea admitti retentionem in deposito, quantumvis compensatio locum non habeat. At respectu alimentorum, + nec retentio pro alio credito competeret ob eandem rationem adduci solitam ad evitandam compensationem, ne scilicet alendus fame pereat, quia alimenta dilationem non patiuntur, & ea denegans videtur occidere l. 2, ff. de fer. l. necare 4, ff. de liber. agnoscen. Marant. respons. 54, nu. 25, Leoncill. de privileg. pauper. 170, nu. 27.

13 Plurimum se diffundit Author hic sub n. 8, in colligendo Doctores qui materiam l. Julian. 14, §. offerri, ff. de act. empt. & concludunt, quod agens + ex contractu ultro, citroque obligatorio repellatur, nisi primò ex parte sua impleat, quique debet aliquid facere, vel dare, & debet recipere, ut rectè valeat petere sibi dari, & recipere, quod sibi debetur prius debet pro parte sua implere, faciendo, & dando, quod ipse alteri dare vel facere debet, tenetur etiam pro parte sua dare ac integraliter adimplere, nec sufficit si pro parte adimpleat; quando enim superest aliquid ad agendum, & implendum nihil esse actum, vel impletum dicitur; Qua de re ulterius tractant Nig. de execut. rei judic. cap. 16, §. 3, nu. 35, & de exempt. c. 9, n. 6, ubi quod exceptione adimplenti retardetur processus ad ulteriora, & n. 25, ubi ampliatur, sive quis agat ex contractu nominato, sive innominato, & n. 37, & 38, ubi quod lapso termino non possit amplius adimpleri, & §. 1, n. 8, ubi quod is, qui cum juramento quid alicui dare præstare promissit, si ad dandum, præstandumve conveniatur, excipere possit, ut sibi prius detur præsteturve quod est promissum, & §. 2, nu. 4, ubi exceptio non implementi executionem rei judicatæ retardet & §. 3, n. 5, ubi quod etiam impedito adimplere exceptio inadimplenti officiat. Pacific. de Salv. inspect. 5, cap. unic. n. 156, & seq. ubi n. 158, quod in contractibus nominatis per hujusmodi exceptionem non implementi non fiat resolutio contractus, sed cogi debeat ad implementum. Mangil. de evict. q. 150, n. 27, ubi quod exceptio non implementi admittatur etiam coram obligatione Camerali jurata. Gallef. de Cam. oblig. qu. 17, n. 7, & in annot. n. 85, & 86, Rot. apud eundem decif. 210, n. 1, & 2, Spad. conf. 214, n. 12, lib. 2, ubi quod exceptio non adimplenti non rescindat contractum nominatum, sed agatur ad adimplementum, Lanfranc. Zacch. de salar. q. 103, n. 2, latè Rot. in Anconiana præsentis venditionis 14, Junii 1655, §. secundum quia, & per totam Bichio.

CAPUT LXVIII.

SUMMARIUM.

1 Vassallus in feudo disponere non potest in præjudicium successoris. Fallit ut n. 2. & 3.

4 Feudum

Observationum de Alimentis Caput. LXVIII. 121

- 1 Feudum à Domino emptum dicitur improprium. Amplia ut n. 5. In remunerationem concessum dicitur inalienabile n. 6.
- 7 Meritorium probatio in concessione feudi à supremo Principe facta non requiritur.
- 8 Merita enunciata in specie feudum impropriant.
- 9 Successores in feudo merita prædecessorum impugnare nequeunt.
- 10 Feuda ad instar allodialium in quampluribus regionibus reducta alienari possunt.
- 11 Agnatus succedens in feudo non tenetur ad debita Vassalli ultimo loco defuncti. Sed limitata ut n. 12, & n. 13, & n. 14.

IN feudo Vassallus nil profus facere potest. Ex quo successoris præjudicium oriatur. Spad. confil. 47, n. 74, & 75, & confil. 50, num. 30, & confil. 53, num. 5, & confil. 58, à num. 20, ad 26, lib. 1, dixi allegat. 13, n. 13, & allegat. 15, n. 16, & 13, & alleg. 75, n. 7, lib. 2, Giurb. de success. feud. §. 2, gloss. 7, n. 15, Treurt. confil. 23, n. 16, & confil. 72, n. 12, 27, 33, 34, & 40, Georg. Mund. confil. 5, à n. 24, ad 35, lib. 1, Andr. Genfal. confil. 6, n. 13, latissime Gibalin. de usur. lib. 4, c. 3, art. 6, n. 10, & seq. fol. 43, tom. 2 Royas decif. 143, sub n. 3, versic. cum quævis. Rot. in Mantuani licentia 4, Maii 1583, in princ. & §. quæ limitatio in sine Aldobrandino: Ubi quod alienatio feudi facta in remotiorem sustineatur in odium Domini, non autem agnati proximioris. Surd. decif. 343, n. 19. Quod tamen fallit in feudo Franco * habenti inter cætera privilegium, ut ad Vassalli libitum alienari possit, ut dixi allegat. 16, num. 16, & 22, fol. 271, & post allegat. 18, Rot. n. 4, 10, & 12, fol. 339, lib. 1, latissime Capyc. Galeot. equirov. 31, n. 38, & seq. lib. 1, Tondut. var. resol. civil. 4, n. 28, Rot. in Mantuana feudi 29, Novembris 1655, n. 8, Verospio. In feudo quoque novo fallit regula prohibita alienationis, * maxime si titulo oneroso fuerit acquisitum, tunc enim primus acquirens de eo disponere non prohibetur ex cumulatis per Cyriac. contr. 23, n. 4. Manent. confil. 43, n. 13, 75, & 77, & confil. 44, n. 14, seq. ac per totum, Gratian. discept. 405, n. 1, cum adductis per Rotam decif. 50, n. 2, part. 6, recent. Fulg. de emphyt. tit. de alienat. quest. 10, n. 4, & 5, & latius tit. de contract. emphyt. quest. 24, n. 20, præsertim, versic. Et licet. Ut plurimum Doctores loquantur in feudo cum adductis per nos allegat. 13, num. 4, & allegat. 14, n. 7, lib. 2, & allegat. 87, n. 17, & 28, eodem lib. 2, Rot. in Romana census seu Salviani 29, Maii 1656, n. 1, & 4, Verospio. Ubi subjungit idem esse etiam quando feudum ex meritis conceditur. Ratio subest optima, quia feudum pretio potissimum à Domino acquisitum à feudo recto declinat, & in omnibus, & per omnia comparatur allodialibus ad tradita per nos alleg. 8, n. 9, & 10, fol. 114, lib. 1, & allegat. 63, n. 14, & seq. usque ad 19, & alleg. 66, n. 7, lib. 2, Giurb. de success. feud. præclud. 3, n. 57.

Præterea autem conclusio sibi locum vindicat, sive * feudum pretio acquiratur, sive ex meritis concedatur, dixi allegat. 16, n. 17, & 18, fol. 271, & alleg. 18, n. 47, fol. 327, lib. 1, & alleg. 21, n. 29, lib. 2, Rot. d. decif. 50, n. 5, part. 6, recent. & in d. Romana census seu Salviani 29, Maii 1656, n. 4, Verospio. Ex eo autem quod feudum in remunerationem * contenditur alienabile dicitur, ut ex Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 1, quest. 5, n. 33 sustinebam allegat. 1, n. 41, lib. 2, Rot. coram Cardinali Othob. decif. 78, num. 4, & 5. Dum concessio feudi ex causa meritorum à supremo Principe provenit Melius ad Castillum de Alimentis.

illorum probatio * ex assertione ipsius Principis conclusenter probata resultat: ita post plures concludit Giurb. de success. feudi §. 2, gloss. 3, sub num. 81, versic. Hæc de privati. Rot. coram Eminenti. Othob. decif. 265, n. 31, & sequent. Tob. Non. confil. 1, n. 37, Peregr. confil. 4, n. 29, lib. 1, Menoch. confil. 331, n. 76, Mart. confil. 142, n. 13, & 14, Bim. confil. 283, n. 29, & seq. Rub. ad Rot. decif. 150, n. 98, part. 9, tom. 1, recent. Rot. in Romana census seu Salviani 29, Maii 1656, n. 2, Verospio. Quinimo si in specie merita * enunciatur, adhuc concessio in feudum impropriatur, quantumvis à privato, aut inferiore investitura in remunerationem processerit. Gratian. discept. 736, num. 79, & 80, Menoch. confil. 112, num. 26, & seq. Barz. decif. 117, n. 17, cum adductis per Giurb. ad success. feud. §. 2, gloss. 3, n. 81, Rot. coram Merlin. decif. 756, à n. 6, ad 11, & dicta decif. 50, n. 7, part. 6, recent. & in Mantuana honorum 29, Novembris 1655, n. 7, & in Romana census seu Salviani 29, Maii 1656, n. 3, Verospio. Præter quæ si accesserit observantia tractu temporis successoris * utrimque merita in origine concessionis admissa impugnare non poterunt. Burat. decif. 243, n. 7, Pen. decif. 364, n. 17, Larath. de feud. p. 11, dilucidat. 80, n. 13, & 5, Altograd. confil. 28, n. 76, lib. 1, Rot. in d. Romana census, seu Salviani 29, Maii 1656, n. 6, Verospio.

Hodie tamen plures ex prædictis, & aliis questionibus in materia feudali circa alienabilitatem feudorum cessant * ex quo in quamplurimis regionibus feuda ad instar allodialium reducta extiterunt, ut non tam in odium Domini, quam in præjudicium in concessionibus quantumvis partitionatis vocatorum alienari possint, ut testantur cumulati per nos allegat. 1, n. 63, & 87, & alleg. 4, n. 14, & 15, fol. 67, lib. 1, & allegat. 13, n. 1, & allegat. 28, n. 1, & allegat. 87, n. 2, ubi de consuetudine Mantuana; & allegat. 58, n. 3, & prius allegat. 57, n. 9, utrobique de consuetudine Montisferrati lib. 2, Tondut. resol. civil. 34, n. 11, ubi quod feuda in Gallia sint reducta ad instar allodialium, & resol. 39, n. 8, ubi quod in Comitatu Unayssino feuda sint ad instar honorum patrimonialium & allodialium. Sol. ad antiq. constit. Sabaud. de feud. gloss. unic. n. 8, fol. 91, ubi quod in patria Ultramontana feuda sint reducta ad instar allodialium.

Agnatus succedens in feudo non tenetur solve- re debita Vassalli * ultimo loco defuncti, ut animadvertit Author hic n. 2. Schrad. de feud. p. 7, cap. 7, n. 31, ubi optime distinguit, & declarat Larath. de feud. part. 9, dilucidat. 60, n. 2, ubi quod successor feudi hæreditarii in subsidium teneatur creditoribus, & dilucidatione 86, num. 12, ubi quod successor in feudo hæreditario teneatur concurrere cum hærede universali in Burgenfatis pro satisfaciendis creditoribus, & legatariis qui feudum cum assensu obligatum non habent. Tondut. resol. civil. 184, n. 8, p. 2, ubi quod successor in feudo hæreditario teneatur ad debita sui authoris. Giurb. de success. feud. §. 1, gloss. 15, n. 24, ubi absolute determinat quod successor in feudo non teneatur ad debita sui Authoris. B. & C. conclus. feud. 3, n. 4, ubi quod successor in feudo ex pacto non teneatur dare paragium fororibus, licet ex feudo debeatur vita, & militia secundo genito, & concl. 5, n. 9, & 11, ubi quod successor in feudo hæreditario ad illius onera teneatur, etiam repudiata in reliquis hæreditate.

Prædicta verò singulariter limitantur quoad debita ab antecessore contracta pro feudi con- servatione